



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Gradus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)



GRADUS.

§. I.

*Facultas promovendi ad gradus in
Universitatibus.*



Cholares Collegiorum Societatis existentium in Universitatibus alicujus Studii generalis degentes, si prævio rigoroso & publico examine, in eisdem Universitatibus reperti fuerint idonei, & Rectores Universitatum eos gratis promovere recusaverint; in prædictis Collegiis à Præposito Generali, vel de ejus licentia à quovis ex inferioribus Præpositis, vel Rectoribus hujusmodi Collegiorum, cum duobus vel tribus Doctoribus seu Magistris, per eosdem eligendis, promoveri possunt ad Baccalaureatus, & Magisterii, Licentiaturæ, ac Doctoratus gradus, Julius III, p. 22.

§. 2.

*Facultas promovendi extra Universi-
tates,*

*Idem Scholares Collegiorum existen-
tium*

tium extra Universitates, absoluto suorum studiorum cursu, & rigoroso examine præcedente, à Præposito Generali, vel de ejus licentia à quovis ex Præpositis vel Rectoribus hujusmodi Collegiorum, cum duobus vel tribus Doctoribus vel Magistris per eosdem eligendis ad prædictos gradus possunt promoyer. Julius III. ut suprà.

Nomine Scholarium in iis duobus §§. intelliguntur Scholares, qui sunt de Societate.

§. 3.

Quinam ex externis promovendi.

Præpositus Generalis, per se, vel aliquem ex Præpositis, vel Rectoribus Collegiorum nostrorum, tam in Universitatibus studiorum generalium, quam extra illas existentium, in quibus ordinariè studiorum Artium liberalium & Theologiae lectiones habebuntur, cursusque Ordinarii peragentur, Nostræ Societatis Scholares, & pauperes externos, qui dictas lectiones frequentaverint, & etiam divites, si Universitatum Officiales eos promovere recusaverint, cum per examinatores Nostræ Societatis idonei sunt inventi (solutis tamen per divites suis juribus Universitatibus) in Nostris Collegiis quarumcumque Universitatum, & in aliis extra Universitates consistentibus, quoslibet alios Scholares, qui sub eorumdem Colle-

F 5

gio-

Com-

tit

in

So-
Uni-
Studii

præ-

eis-

ido-

ratis

Col-

lis li-

gitis,

um,

Ma-

overi

erii,

Julii-

si-

ten-

ium

giorum obedientia, directione, vel disciplina studuerint, ad prædictos gradus, ac alias in reliquis, juxta tenorem litterarum Julii III. promovere possunt. Pius IV.
pag. 27.

§. 4.

Possunt promoveri per Præfetum.

Potest Præpositus Generalis prædictos gradus, prout dictum est, conferre per Præfetum studiorum cuiuslibet Collegii Societatis, in quo Artium vel Theologiæ facultates pro tempore legentur. Gregorius XIII. pag. 61.

§. 5.

Gaudent privilegiis, &c.

Quicumque per Nostros modo prædicto ad gradus promoventur, gaudere possunt omnibus privilegiis & prærogativis, quibus gaudent, qui in Universitatibus, rigoroso examine prævio, ac alias juxta inibi observari solitos & requisitos usus, promoventur. Julius III. ac Pius IV. pag. 22. & 27.

§. 6.

Gradus judicium, &c. Generali reservatur.

Graduum discretio & judicium, atque Coadjutorum, tam spiritualium quam temporalium, simûlque Professorum promotione,

tio, juxta Constitutiones, in manu Præpositi Generalis est. Gregorius XIV. constit. pag. 98.

§. 7.

Tempus promotionis.

Tempus promotionis ad hujusmodi gradus, nullo modo certum, seu determinatum esse oportebit. Gregorius XIV. constit. pag. 98.

§. 8.

Qui ad gradum admittendi.

Selecti tantum spiritus & doctrinæ viri, & multum diuque exercitati, ac in variis probationibus virtutis & abnegationis ipsorum, cum omnium ædificatione & satisfactione sati cogniti, admittendi sunt ad gradum Professorum, & non nisi cum Societati, vel ejus Generali fuerit ab eis plenè in Domino satisfactum. Gregorius XIV. constit. pag. 98.

§. 9.

Mutatio gradus prohibita.

Ad Professionem, & cujuscumque gradus mutationem, nemini aspikare licet. Gregorius XIV. constit. p. 98.

Facultates promovendi, de quibus in superioribus §§. quoad Nostros reservantur Præposito Generali; quoad externos vero conceduntur Provincialibus, per se, vel per Rektores,